Tullius te Maxim[*us*]
rector Aeneadum, [*gemella*]
legio quis est se[*ptima*],
ipse quam detrax[*it apro*]
laude opima p[*raeditus*].

Legione (Leon) in Hispania rep. (II 2660 cf. p. 912 vidit Huebner. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 1526). — 1) Videtur esse vir huius nominis qui legatus Thraciae fuit sub divis fratribus. — 2) 'Disicem' Buecheler putat deductum a disiicendo. — 3) Vocabulum ex Hispania lingua explicat Huebner.

3261 incola Tifatae, ve|natibus incluta virgo, |
haec, Latona[1], tuis statu|it miracula[2] templis |
cunctis notus homo, sil|varum cultor et ipse, |
laudibus inmensis vitae | qui servat honorem, |
Delmatius signo, prisco | de nomine Laetus. |
credo quidem donum nul|lis hoc antea natum |
collibus aut silvis: tan|tum caput explicat umbris |
(perierunt versiculi duo)
quae verum . . . . . v[*o*]ti | . . . .

Prope Capuam ad ecclesiam S. Angeli in Formis, iam Neapoli (X 3796 vidit Mommsen. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 256). — 1) Non Latonam, sed Latonae filiam virginem intellegi apparet. — 2) Videtur Delmatius cornua cervina deae dedicasse.

Eiusdem argumenti carmen est XI 5262 = Buecheler carm. epigr. n. 1800.

3262 Diane | venat|rici Ar|po Ur|e[*i*] f. Faus|tanus | ex pr.[1] | Victor | s.[1] pro s|al. sua.

In ora Callaeciae loco dicto Puerto del Son (II S. 5638 descr. Hispani quidam). — 1) Fortasse non omnia recte excepta.

3263 [*D*]iane Augus|te silvestri | [*e*]x iuso[1] posu|it Septimus | pro filio suo.

Salonis (III 1937 vidit Mommsen). — 1) Ex iussu.

3264 nomine | Q. Domitii Alpini | Licinia mater | signum Dianae et venationem | et salientes t. f. i.

Veronae rep. iuxta amphitheatrum (V 3222 vidit Mommsen). Aliud exemplum eiusdem tituli, sed mutilum, nuper prodiit Veronae (Notizie degli scavi 1893 p. 12).

3265 Deanae | sacrum | A. Titius C. f. | Pom. Sever|us Arretio | 7 leg. VI Vic. p. f.; | idemque vivari|um saepsit.

Coloniae Agrippinae (Brambach 336 vidit).

3266 Dianae | et Sil. silve. | dis presi|dibus v|enation. | M. Aur. Pompe|ius sacerdot.[1]

Aquinci rep. (III S. 13368 descr. Froehlich). — 1) Sacerdotalis.